Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cendum est: quatinus os discretio & congruo tempore uox aperit. & rursum
congruo taciturnitas claudat. Ammonendi enim sunt. ut si proximos sicut
se diligunt. minime illis taceant. unde eos iuste reprehendunt. Vocis medica
mine utrorumque salus concurritur: dum a illo qui infert actio prauae cpescit.
& a hoc qui sustinet. doloris feruor uulnere aperto temperatur: Qui proxi
morum mala respiciunt & tamen insilentio linguam pmunt. quasi conspec
tis uulneribus usum medicaminis subtrahunt. & eo mortis auctores fiunt. quo
uirus poterant auare noluerunt. Fratrum quidam interrogauit paruulum mona
chum dicens. Bonum est loqui an tacere. Dicit ei puer ille: Si sunt uerba
otiosa. dimitte ea. si autem bona sunt uerba non diu protrahas. si; cito incide qd
loqueris & quiesce: Dixit senex quidam. Taciturnitati opera da. & nihil cogi
tes & intende cognationi tue. siue quiescens in lecto. siue surgens cum timore di.
cit hec faciens. malignorum impetus non timebis. Dixit abbas pastor: quia
interrogauit abbas moyses fratrem zachariam tempore quo moriebatur di
cens. Quid uides. Et ille dixit ei. Nihil melius quam tacere pater. Dixit ei.
Verum est fili tace: Dixit quidam abbas ammon. Si ergo sit necessitas cui
uicino loquendi. Videtur tibi ut de scripturis cum eo loquar: aut de
uerbis & sententiis seniorum. Et dixit ei senex. Si non potes tacere: bonum
est magis ut de uerbis seniorum loquaris. quam descriptura. Periculum enim
est non paruum Dixit senex. quia homo si uerbum quidem habeat. opera
autem non habeat. assimilabitur arbori habenti folia. fructum autem non.
Sicut enim arbor fructibus plena. etiam foliis uiridis. ita & sermo consequitur
hominem: qui habet opera bona. De multiloquio. xxxviii.

SCRIPTUM EST IN MULTILOQUIO NON EFFUGIES
peccatum. & qui multis utitur uerbis ledit animam suam. & ut
linguosus non diuitetur super terram. & si in multiloquio extollamur
coram domino non absoluimur: Unde melius est. ut illud dominum in
gantes dicamus: Pone domine custodiam ori meo & ostium circumstantie
labiis meis. & non declines cor meum in uerba malicie: Ammonendi fi
multiloquio uacantes ut iugiter aspiciant. quanto rectitudinis statu de
peunt dum pmultiplicia uerba dilabuntur: Humana etenim mens
aque more & circumclusa adsuptiora colligitur que illud repetit unde
descendit. & relaxata deperit que se per infima inuiter spargit. Qui
sup uacuis uerbis asilentii sui censura dissipatur: quasi ut riuus extra
se ducitur: unde & redire interiori mens adsiu cognitionem ñ sufficit.
qua per multiloquiu sparsa asecretio se intime considerationis exclu